

## E.

**E** Triplex est in pronuntiatione, masculinum, foemininum & Gallicum, Masculinum sic dicitur, quia virilem & plenum sonum qualem è Latinorū sortitur: vt *reciter* recitare, *prive-ment* priuacim, *aimè* amatus; nec sic dicitur masculinum, eo quod sit masculini generis, sæpissimè enim terminata nomina in e foeminina sunt: vt *beauté* pulchritudo, *bontè* bonitas, *deité* deitas &c.

Finale semper notatur accentu acuto, aliter esset foemininum: vt *appellè* vocatus, *appelle* sine accentu voca.

Omnia participia passiuua primæ coniugationis sunt in è masculino sic accentu notato: vt *aimè* amatus, quæ cum verbo substantiuo seu aliter auxiliario *iesuis* sum, formant verbum passiuū: vt *iesuis aimè*, *tu es aimè*, *il est aimè*, amor, amaris, amatur.

Ad distinctionem singularis numeri additur in plurali z sine accentu, siue s cum accentu: vt *bontè* bonitas, in plurali *bontez* vel *bontès* bonitates; si scribatur per s nunquam omittitur accentus, aliter e masculinum in foemininum degeneraret & vix cum s audiretur: vt *dames* dominæ, *nous sommes* sumus, *vous estes* estis, &c.

Nota quod ante m & n in eadem syllabâ inter pronuncian- dum semper debeat sonare vt a, nisi immediatè i Vocalis vely ip- sum præcedat: vt *femme* foemina, *emporter* auferre, *embrasser* am- plecti, quæ sonant ac si per a scriberentur *famme*, *amporter*, *ambras- ser*. Item ante n *ornement* ornatus, *entierement* integrè, *entendre* intel- ligere, quasi *ornemant*, *antieremant*, *antandre*, a proe in pronunci- atione tantùm supponendo.

Abstracta nomina Latina in a terminantur in hoc è mascu- lino Gallicè: vt *charité* charitas, *prossperité* prosperitas, *deité* deitas, &c. Dixi supra quod e sonaret vt a, nisi i aut y immediatè præce- deret, quia sic ordinariū suum sonum retinet vt apud Latinos; sic *sapience* sapientia, *rien* nihil, *bien* bonum, quæ *bien* & *rien* non pronuntiabis, vt multi *bin*, *rin*, vel *bian*, *rian*, sed prout scribitur vnicâ syllabâ.

In finitiui modi primæ coniugationis habent e masculinum ante r; sicut *parler* loqui, *aller* ire, *marcher* ambulare.